17

NOS

Iudex subexecutor Apostolicus subdelegatus ab Illust.mo Dño Carolo Cerro in vtraque signaturæ Sanctiss.mi Dñi nostri Dñi Alexandri divina providentia Papæ Septimi Referendario, & Capellano, ac ipsius sacri Palatij Apostolici causarum Auditore, & Decano, Iudiceque Commissario; & executore vnico: Cum clausula vobis, & cuilibet vestrũ in solidum, &c. â dicta sancta Sede Apostolica ad infrascriptæ specialiter deputatus. Dilecto nobis in Christo

salutem in Domino, & nostris huiusmodi (immo verius Apostolicis) firmiter obedire mandatis quasdam litteras, sive processus executoriales in vim trium conformiũ sententiarũ, & rei iudicatæ dicti Illust.mi Dñi Caroli Cerri pergameneo authenticè scriptas, sigilloque dicti Illust.mi Dñi Auditoris, & Iudicis Apostolicis munitas, & per Vincentium Cicelliũ Gallecij sacri Palatij Apostolici causarum, necnon sacræ Rotæ Notarium signatas, sanas siquidem, & integras non vitiatas, nõ cancellatas, neque in aliqua earum parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione, vt ipsarum prima facie apparebat carentes per

Syndicum, & procuratorem Admodum Illustris Capituli, & Canonicorum sanctę Metropolitanæ Ecclesię Valentinæ nobis præsentatas eis quibus decuit honore, & reverentia noveritis recepisse tenoris sequentis.

SERENISSIMO, POTENTISSIMO, AC CATHOLICO Principi, & Domino Domino Carolo Secundo

ab Austria, divina favente clementia, Hispaniarum, Castellæ, Legionis, Aragonum, Cathaloniæ, Navarræ, Granatæ, Valentiæ, Neapolis, Sardiniæ, vtriusque Siciliæ vltra, & citra Pharum Regi Mediolani, Luxemburgi, &c. Duci Flandriæ, Burgundiæ, Tripolis Comiti Indiarum quoque, tam Orientaliũ, quàm Occidentalium totiusq; maris Oceani, ac novæ orbis magno dominatori Regnorum, Ducatuum, Comitatuum, aliorumq; dominiorum vestrorũ fœlicis prosperitatis augmentum, nec non Illustrissimo, & Reverendissimo Domino pro sancta Sede Apostolica Nuntio in Regnis Hispaniarum commorati, ac Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Archiepiscopo Valentino, ac Episcopis dicto Archiepiscopatui Viciniorib us, earumque, & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus, & temporalibus RR. DD. Vicarijs, seu Officialibus generalibus, Curiæq; causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, sive eius in civilibus causis RR. PP. DD. Locatenentibus, nec non Illustrissimis DD. Consilij suæ Catholicæ Maiestatis Præsidenti, & Auditoribus, alijsq; ministris, & officialibus Regis quibuscumque. VNIVERSIS quoque, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Scholasticis, Primicerijs, Cantoribus, custodibus, Thesaurarijs, succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, sive Locatenentibus, eorundemque Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis, Altaristis, cæterisque Presbyteris, & Ecclesiasticis, ac Monasteriorũ, & Ordinum quorumcumq; Generalibus, Provincialibus, Magistris, Prioribus, Vicarijs, Rectoribus, Guardianis, ministris, & Fratribus Regularibus, & Conventualibus exemptis, & nõ exemptis, ac fructuum proventuum, & iurium quorumcumque Cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus, & subcollectoribus pro tempore existentibus Notarijs quoq; & tabel-

& tabellionibus publicis quibuscumque per dictorum dominorum Archiepiscopi, & Episcoporum Provincias, Civitates, & Dioecesis, ac aliàs vbilibet constitutis, & eorum cuilibet, & in solidum, necnon Illustrissimis, & Excellentissimis dominis, dominis Proregibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, ac Magnificis viris dominis, Iudicibus, Iusticiarijs, Advocatis, ac Curiarum quarumcumque, tam spiritualium, quàm temporalium, terrarumque, Civitatum, oppidorum, castrorum, villarum, locorum; & Vniversitatuum quorumcumque Gubernatoribus, Præfectis, Maioribus, Consulibus, Rectoribus, Potestatibus, Capitaneis, Castellanis, servientibus, scribis, & Nuntijs publicis, alijsque Officialibus Iustitiæ, ministris, executoribus, & subexecutoribus, cæterisque dominis, & personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, quibuscumq; quamcumque iurisdictionem spiritualem, temporalem, & ordinariam per se, vel alium, seu alios, mediatè, vel immediatè, tam per Provincias, Civitates, & Dioecesis supradictas, quam aliàs vbilibet pro tempore exercentibus, & constitutis respectivè, & eorum cuilibet, & in solidum, & præsertim Reverendis dominis Rectoribus Ecclesiarum Parochialium Civitatis, & Dioecesis Valentin. nominibus de quibus in actis ex adverso principalibus, infrascriptis, omnibusque alijs, & singulis quorum in & super infrascriptis quomodolibet interest, intererit, aut interesse poterit in futurum, illique, vel illis, vel quos ad quem, vel quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, seu quibus præsentabuntur, & notificabuntur exequendæ quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque præfulgeat dignitate CAROLVS CERRVS utriusque signaturæ Sanctissimi Domini nostri Papæ Referēdarius, & Capellanus, ac ipsius sacri Palatij Apostolici causarū Auditor, & Decanus, Iudexque Commissarius, & executor vnicus in causa, & causis, ac partibus infrascriptis ab eodem sanctissimo Domino nostro Papa specialiter depu-

puta-

putatus,ſalutem in Domino,& præſentibus fidem in dubium adhibere,noſtriſque huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS, quod introducta lite,& cauſa in partibus coram Reverendiſſimo Domino Officiali, & Vicario Generali Curiæ Archiepiſcopali Valentin. inter Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Valentin. ex vna, & RR. DD. Rectores Eccleſiarum Parochialium Civitatis, & Diœceſis Valentin. de & ſuper infraſcriptis annatis, vel etiam di midijs annatis per eoſdem Capitulum, & Canonicos prætenſis, rebuſque alijs in actis,& proceſsibus cauſæ,& cauſarum huiuſmodi latius deductis ex altera partibus ſub die quarta menſis Iulij Milleſimo ſexcẽteſimo quinquageſimo octavo, Reverendiſsimus dominus Doctor Barberá, tunc Officialis,& Vicarius Generalis Venerabilis Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ Valentin. Sede vacante in huiuſmodi cauſa ritè,& rectè procedens ſuã ad favorem prædictorũ RR. DD. Canonicorum,& Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Valentin. & contra prædictos RR. DD. Rectores Eccleſiarum Parochialium Civitatis & Diœceſis Valentin. tu licet promulgavit ſententiam diffinitivam tenoris infraſcripti, videlicet CHRISTI Ieſu nomine invocato: Nos Doctor Ioſephus Barberà Preſbyter Canonicus ſanctæ Eccleſiæ Metropolitanæ Valentin. & admodum Illuſtrium, & RR. DD. Capituli,& Canonicorum dictæ ſanctæ Eccleſiæ Sede Archiepiſcopali vacante in ſpiritualibus,& temporalibus in præſenti Civitate, et Diœceſi Valentin. Officialis, et Vicarius Generalis, viſis, &c. ac attentis,&c. et aliàs iuſtitia ſic ſuadente pronuntiamus, ſententiamus, et declaramus intentionem dicti Capituli de iure manere fundatum, et ob id quod ſtandum, et perſeverandum fore, et eſſe in monitoris impetratis per Syndicum dicti Capituli contra Rectores Parochialium Eccleſiarum præſentis Civitatis, et Diœceſis condemnãdo, quando opus ſit, prout cum præſenti condemnamus dictos Rectores ad ſolvendum prædictæ

dictæ fabricæ dictas Annatas, quam sententiam ferimus omni meliori modo quo possumus, non obstantibus in contrarium deductis, & allegatis, & neutram partem in expensis condemnamus. A QVA præ inserta diffinitiva sententia fuit pro parte RR. DD. Rectorum ex adverso principalium appellatum ad Illustrissimum, & Reverendissimum Nuncium Apostolicum in Regnis Hispaniarũ pro sanctissimo Domino nostro Papa, eiusque sancta Sede Apostolica residen. á quo fuit obtenta sententia confirmatoria lata sub die vigesima octava Aprilis Millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, cuius tenor sequitur, & est talis videlicet CHRISTI NOMINE invocato pro Tribunali sedentis, solumque Deum præ oculis habentes per hanc nostram sententiam diffinitivam, quam ferimus in his scriptis in causa, & causis quę primo, & in prima coram Ordinario Valentin. secundo, & in secunda, seu alia veriori coram nobis inter Canonicos, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Valentin. administratores illius fabricæ ex vna, & Rectores Parochialium Civitatis, & Archiepiscopatus Valentin. de & super solutione, & præsentatione annatarum, sive dimidiarũ quas dicti Canonici, & Capitulum ex D.D. Rectoribus pro fabrica dictæ Cathedralis exigere, & levare prætendunt, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illarum occasione verse fuerunt, & vertuntur instantia adversarios partibus ex altera, dicimus pronuntiamus, ac diffinitivè sententiamus, decernimus, & declaramus male fuisse, & esse pro parte dictorum Rectorum à sententia præsentis Ordinarij appellatum, & reclamatum, & bene per eundem Ordinarium sententiatum, pronuntiatum, decretatum, & iudicatum. Ideoque ipsius sententiam approbandam, & confirmandam fore, & esse prout hac nostra diffinitiva sententia approbamus, & confirmamus, & ita dicimus, ac diffinitivè sentiamus, non solum præmisso sed, & omni alio modo. Ita pronuntiavi Ego Carolus Archiepiscopus Corinthi

rinthi

rinthi Nuntius Apostolicus ex mandato Illustrissimi Domini Christophorus à Mançano. AB ISTA quoque diffinitiva sententia fuit iterum appellatum ad Sanctissimum Dominum nostrum Papam pro parte eorundem DD. Rectorum, & causa huiusmodi eorum appellationis fuit nobis commissa prout in quadam commissione papiri cedula sub die vndecima Augusti Millesimo sexcentesimo quinquegesimo nono nobis ex parte sanctissimi Domini nostri Papæ directi, & præsentati tenoris sequẽtis, videlicet: BEATISSIME PATER, dignoscitur sanctitas vestra causam, & causas appellationis, & appellationum pro parte devotorum sanctitatis vestræ Parochorum Civitatis Valentin. ad Sedem Apostolicam, intra legitima tempora interpositæ, & interpositarum à sententia diffinitiva, siue decreto diffinitivo per Nuntium Apostolicum in Regnis Hispaniarum residentem, seu illius officialem, & Auditorem contra dictos oratores, & ad favorem Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Valentin. adversariorũ, de & super medietate annatarum qualitate de qua in actis per adversarios ab oratoribus prætensarum, rebusque alijs latius in actis deductis in secunda, seu alia veriori instantia alterius sententiæ per Ordinarium Valentin. in prima instantia latæ, & non aliarum duarum conformium confirmatoria lata, seu facto, dictusque iudex appellatione per oratores interpositæ detulit cum præfixione termini quatuor mensium ad illam prosequendam, ac nullitatis ex tribus iniquitatis, & iniustitiæ attentatorum, & innovatorum, quorumcumque necnon restitutionis in integrum prout de iure Ad.tus quæcumque præiudicialia saltem ex clausula generali, si qua, &c. ac quam, & quas, &c. cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis; totoque negotio principali alicui ex vestri sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, sive Lñti. attento quod res, de quo agitur scuta mille excedit audieñ. cognosceñ. decideñ. fineque debito terminañ. summa-

ric

rie pro in beneficialibus comittere, & mandare cum facultate citandi dictos adversarios, omnesque alios quos opus erit etiam per edictum publicus constito de non tuto accessu, illisque, & quibus videbitur sub sententijs, censuris, & pœnis inhibeñ. contradictores in illas servata forma Concilij Tridentini incidisse declarañ. aggravañ. & interdiceñ. auxiliumque per invocañ. attentata, & innovata quæcumque possit de iure revocari fatalia quatenus durent arbitrio suo protogañ. quatenus verò lapsa sint oratores adversus eorum lapsum rem iudicatam; & alia quæcumque præiudicialia in integrum possit de iure restitueñ. aliaque facieñ. diceñ. gereñ. & exerceñ. & exequeñ. necessaria, & opportuna præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs, quibuscumque non obstañ. iterum, &c. de mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Carolus, citet etiam per edictum, inhibeat etiam sub censuris, revocet, prorroget, restituat procedat vt petitur, & iustitiam faciat. Placet B.N. Papæ. Iulius Cardinalis Sachettus. CVIVS QVIDEM commissionis vigore Nos transportatis prius processu actorum inter supradictas partes in præcedentibus instantijs eiusdem causæ coram prædictis DD. Vicario, & Nuntio respectivè factarum ad aliquos actus, & terminos iudiciales citra tamen causæ, & causarum huiusmodi conclusione devenimus, & processimus, ac subsequenter pro parte supradictorum RR. DD. Capituli, & Canonicorum Valentin. principalium instanter requisiti particulare dubium in plena Rota proposuimus, illoque per RR. PP. DD. Coauditores nostros mature discuso, diligenterque vintilato placet eisdem DD. Coadiutoribus nostris capere resolutionem eisdem DD. Capitulo, & Canonicis principalibus favorabile posit in decisione per Nos desuper ostenta sub his verbis videlicet: Valentina Annatarum, Veñ. 4. Iulij 1666. in Metropolitana Ecclesia

Va-

Valentin. cautum reperitur per constitutionem antiquissimam editam vsque de anno 1350. vt de quibuscumque dignitatibus, alijsque Beneficijs dictæ Ecclesiæ, vel Diœcesis Valentin. dummodo Beneficia simplicia tum fuerint, vel pro defunctis instituta, vel etiam per permutationem vacantia solvantur fabricæ eiusdem Ecclesiæ integre annata si huiusmodi Beneficia fuerint in decima taxata, & sola medietas si taxatarum fuerint, quia verò nonnulli Rectores solutioni parte se opposuerunt. Ideo instructo iudicio ad instantiam capituli in partibus dicti Rectores fuerunt condemnati per sententiam Officialis, & Vicarij Generalis Valentin. lata de anno 1658. successivè confirmatam 1659. per Nuntium Hispaniarum, & nuper causa per appellationem ad Rotam devoluta dedi dubium an debeantur annatæ, vel respectivè mediæ annatæ, quod ad eiusdem constitutionem formam hodie fuit affirmativè resolutum siquidem clara sunt verba constitutionis prędictæ circa solutionē annatarum, vt in summario nu. 1. quæcumque fuerit promulgata ab Archiepiscopo Valentino de consensu totius Capituli valida reputatur, & de iure servari debet, nam de eius potestate in condendis huiusmodi constitutionibus in propria Diœcesis servādis, non est ambigendi ex traductis per Doct. in cap. 2. vbi Gloss. de maior. & cap. de const. in 6. & in his terminis de mente Sac. Cong. Concil. firmat Garcia de Benef. p. 3 cap. 2 sub num. 198. vers. ad novum, & p. 8. cap. 1. nu. 88. præcipue, quia fuit Apostolica authoritate cōfirmata Summario nu. 3. Rot. decis. 24. n. 2. p. 2. rec. & in Synodo Diœcesana anni 1566. illius executio demandata fuit, Summ. nu. 7. certum est enim ad decreta, & constitutiones in Synodo factas omnes Clericos ratione consensus teneri per text. in cap. cū omnes de constit. fovet. const. 1. nu. 30. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. §. 1. nu. 20. Card. Mant. decis. 229. nu. 4. Buiat. decis. 852. n. 3. quæ facilius procedunt attenta illius longava observantia comprobata, tum ex publicis, & authenticis scripturis, tum etiā

ex

ex testium depositionibus ex quibus patet annatas controversas vere,& cũ effectu pluribus ab hinc annis fuisse solutas,nam vltra quietantias relatas in Sumario nu. 11. incipientes ab anno 1559.vsque ad annum 1591. duæ exhibentes sententiæ latæ ad favorem Capituli contra Rectores altera de anno 1579.& altera 1585. Summario nu. 9.& 10.licet enim regula sit,quod sententia sine actis nõ probet, l.si cum nulla,ff.de re iudicat. recipit tamen limitationem vbi prout hic versamur in antiquis,vt in his terminis fuit dictum in Vasignen.Prioratus 4.Maij 1665. §.sed etiam coram R.P.D. meo Albergato. Et testibus verò duo dantur in Summ. nu. 12. qui deponuntur de facto proprio ipsos nempe solvisse mediam annatam in manibus Capitularium qui testes tanquam inducti pro parte eorum contra ipsos inducentes plene probant.Socin. iun. cons.64.num.12. lib.1.cum alleg. in Valentina Parochialis de Moncada 28.Iunij 1647.§. insuper in fine,&c. & in Hispalen.Xinar.26.Iunij 1649.denique coram me. Cæteri verò testes deponentes de non solutione annatæ,vel mediæ annatæ, aut non adversantur cum eorum dicta posint verificari in Beneficijs exceptis in allegata constitutione nempe in simplicibus in vacantibus per permutationem,& institutis pro defunctis, aut non relevant,tum quia omnes sunt Rectores qui proinde referunt cõmodum ex eorum depositionibus vnde rationi proprij interesse á testimonio repellũtur Rot.corã Greg. decis.475.n.9.tũ etiã quia deponentes super negativa nõ probant,nisi expresse illã coarctentur,vt in Perusina Bonorũ S.Archangeli 23.Ianuarij 1665.prout non relevant corã R.P.D.meo Albergato,& ita altera,&c. QVA decisione per Nos vt supra extenso,& partibus communicata volentes ad vlteriorem instãtiam supra dictorum RR. DD. Capituli, & Canonicorum Valentin. principaliũ ad expeditionem huius causæ procedere iuxta ordinem eiusdem sacræ Rotæ nobis desuper datum visis primitus, & diligenter per Nos recensitis omnibus actis,& iuribus

prædictis, hincinde actitatis deductis, & vintilatis, servatisque pariter omnibus de stilo sacræ Rotæ servandis aliam nostram diffinitivam supradictarum aliarumsupra incertarum sententiarum confirmatoriam sententiam sub infrascripta die in scriptis tulimus, & promulgavimus sub hac verborum forma videlicet: CHRISTI NOMINE invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deũ præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam quam de Dominorum Coauditorum nostrorum voto pariter, & assensu fecimus in his scriptis in causa, & causis quæ primo, & in prima coram officiali, & Vicario generali Venerabilis Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Valentin. Sede vacante secundo, & in secunda coram Eminentissimo Cardinali Bonello dum Hispaniarum Nuntius esset, & tertio, ac in tertia, seu alia veriori coram nobis versæ fuere, & vertuntur instantia inter prædictum Capitulum, & Canonicos dictæ Ecclesiæ Valentin. appellatos ex vna, & DD. Rectores Ecclesiarum Parochialium Civitatis, & Diœcesis Valentin. nominibus, de quibus in actis partibus ex altera de & super annatis, vel etiam dimidijs annatis per eosdem Capitulum & Canonicos prætensis ad formam antiquissimæ constitutionis vsque de anno Millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo per tunc Archiepiscopum Valentin. de consensu dicti Capituli æditæ, & Apostolica authoritate confirmatæ, ac per longum tempus observatæ, disponentisque vt de quibuscumque dignitatibus, alijsque beneficijs Ecclesiarum Civitatis, & Diœcesis Valentin. dummodo Beneficia simplicia non fuerint, vel pro defunctis instituta, vel etiam per permutationem vacantia solvatur fabricæ eiusdem Ecclesiæ integræ annata si huiusmodi Beneficia fuerint in decima taxata, & sola medietas si taxata non fuerint, rebusque alijs, &c. dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus malè, nulliter perperam fuisse pro parte dictorum Rectorum appellatum, & provocatum à senten-

tia

tia dicti Eminentissimi Domini Hispaniarum Nuntij confirmatoria alterius per dictum Officialem, & Vicarium Generalem prædicti Capituli Valentin. Sede vacante promulgatæ per quam idem Officialis, & Vicarius Generalis prædictos Rectores condemnavit ad solutionẽ dictæ fabricæ integras annatas, ac respectivè medias annatas ad formam prædicta antiquissimæ constitutiones, beneque titè, ac rectè fuisse ad Eminentissimo Domino Hispaniarum Nuntio processum pronuntiatum, diffinitum, atque sententiatum. Ideoque prædictas sententias tanquam validas, & iustas confirmandas, & approbandas, nec nõ executioni demandandas fore, & esse prout confirmamus, & approbamus, ac exequi volumus, & mandamus, & quatenus opus sit eosdem Rectores de novo condemnamus ad solvendum dictas annatas, ac respective medias annatas ad formam ante dictæ constitutionis mandatum, quæ & mandata quæcumq; in præmissis necessaria, & opportuna, atque etiam litteras executoriales devenimus, & relaxamus, & ita dicimus, &c. non solum pręmisso, sed etiam omni alio meliori modo. Item per hanc nostram diffinitivam sententiam præfatos Rectores in expensis in huiusmodi causa legitime factis condemnandos fore, & esse prout condemnamus quarum expensarum taxationem nobis, vel cui de iure reservamus, & ita dicimus sententiamus, &c. non solum præmisse, sed etiam omni alio meliori modo. Ita pronunciavi Ego Carolus Cerrus sacræ Rotæ Decanus, &c. Prætereaque cupiens D.D. Christophorus Torrent procurator supradictorum Dominorum Capituli, & Canonicorum Metropolitanæ Valentin. principalium omnimodam, & totalem supra incertarum sententiarum ad ipsorum favorem latarum executionem, & restaurationem obtinere, & illas ad suum debitum finem, & effectũ perducere propterea comparuit in iudicio legitimè coram nobis D. Christophorus Torrent procurator supradictorum DD. Capituli, & Canonicorum Metropolita-

næ

næ Valentin. principalium, sibique litteras, sive processus executoriales pro totali, & omnimoda dictarum sententiarum executione, & paritione in vim earundem sententiarum, & rei iudicatæ extra Romanam Curiam, & ad partes decerni, & relaxari, ac concedi, & expediri debita cum instantia postulavit: NOS VERO CAROLVS CERRVS Auditor, & Decanus, ac Iudex prædictus attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, & quod iusta petenti non est denegandus assensus, & quod parum prodesset sententias favorabiles reportare, & rem iudicatam habere nisi esset, qui illas debitè executioni demandaret, ac volentes, & intendentes iustitiam partibus (vt tenemur) ministrare dictas litteras, sive processus executoriales ad favorem dictorum DD. Capituli, & Canonicorum Metropolitanæ Valentin. principalium pro totali, & omnimoda supra incertarum sententiarum ad eorum favorem latarum executione, & effectu decernen. conceden. & relaxan. ac expedire mandan. fore, & esse duximus prout per præsentes decernimus, concedimus, relaxamus, ac expediri mandamus extra Romanam Cutiam, & ad partes in forma solita, & consueta. QVÆ OMNIA, & singula præmissa vobis omnibus, & singulis supradictis quibus præsentes diriguntur, & præsentabuntur, & cuiuslibet vestrum intimamus, insinuamus, & notificamus, & ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, ac deduci volumus, & mandamus etiam per easdem præsentes, ne de præmissis, aut eorum aliquo ignorantiam prætendere valeatis, aut alias quomodolibet allegare. ET PROPTEREA authoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte vos omnes, & singulos supradictos tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptoriè, vobisque vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententijs, censuris, & pœnis strictè percipiendo mandamus quatenus infra sex dierum spatium post

præ-

præsentationem, & notificationem præsentium vobis, seu alteri vestrum pro parte dictorum DD. Capituli, & Canonicorum Valentin. principalium, sive eorum procuratoris desuper facti immediatè sequen. quorum sex dierum spatium, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac dilatione, & monitione Canonica vobis, & vestrum cuilibet asignamus, ita tamen quod in his exequendis vnus vestrum alius non expectet, nec vnus pro alio; seu per alium se excuset supra incertas, sententias diffinitivas ad favorem ipsorum DD. Capituli, & Canonicorum Valentin. principalium, vt præfertur latas; & promulgatas, omniaque, & singula in eis contenta, & expressa quocumque, & alias iuxta illarum formam continentiam, & tenorem quantum ad vos spectet, & pro tempore spectabit plenarie exequamini, debiteque executioni demandetis, & ab alijs quantum in vobis fuerit exequi, debitæque executioni demandari faciatis procuretis, & permittatis, & quilibet vestrum exequatur, debitæque executioni demandari faciet, procuret, & permittat, liberè, & licitè, absque aliqua difficultate, aut contradictione, ita quod si præinsertæ diffinitivæ sententiæ ad favorem supradictorum RR. DD. principalium, vt supra latæ, & promulgatæ debitæ, & totali illarum executioni realiter, & cum effectu demandentur, iuxta illarum formam, & tenorem, suosq; plenarios, & integros in omnibus, & per omnia sortiantur effectus. INHIBEMVS insuper modo, & forma præmissis, ac sub eisdem infrascriptis sententiarum, & censurarum pœnis vobis omnibus, & singulis supradictis, & generaliter quibuscumq; alijs cuiusvis status, gradus, ordines, & conditiones, & præsertim DD. Rectoribus Ecclesijs Parochialibus Civitatis, & Diœcesis Valentin. ex adverso principalibus, omnibusque alijs, & singulis sua quomodolibet interesse putam, ne quo minus omnia, & singula supra, & infrascripta suum plenarium, & integrum sortiantur, &

 conse-

consequantur effectum impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, nec impedientibus, vel molestantibus ipsos DD. Canonicos, & Capitulum principales, sive eorum procuratorem, seu procuratores super prędictis, & infrascriptis, aut eorum aliquo in aliquo detis, vel dent auxilium, cōsilium, vel favorem per vos, vel alium, seu alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quovis prętextu causa, & quęsito colore. ALIOQVIN si forte præmissa omnia, & singula non adimpleveritis, mandatisque monitionibus, & inhibitionibus nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis non parueritis, aut aliqui vestrum non adimpleverit, seu non paruerit realiter, & cum effectu nos in vos, & vestrum quemlibet qui in pręmissis culpabiles fueritis, seu fuerint in contradictores quoslibet, & rebelles, et pręsentium executione quomodolibet impediētes ex nunc prout ex tunc, & è contra singulariter in singulas dicta canonica monitione præmissa excommunicationis, in Capitula verò Conventus, & Collegia, quæcumque in his delinquentia suspensionis à divinis, in supradictorum verò delinquentium Ecclesias, Monasteria, & Capellas interdicti Ecclesiastici, & quoad vos Illustrissimos, & Reverendissimos Dominos Nuntium Apostolicum, nec non Archiepiscopum Valentin. ac Reverendissimos Dominos Episcopos, vicinioribus, cæterosque DD. Ordinarios interdicti ingressus Ecclesiæ respectivè sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, servata forma sacri Concilij Tridentini incurrendas fecimus in his scriptis, ac etiam promulgamus. CÆTERVM cum ad executionem præmissorum faciendam nequeamus personaliter adesse vniversis, & singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, tam Collegiatarum, quam Cathedralium, Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis, quibuscumque, ac alijs regularibus ante dictis per Civitates, & Diœcesis prædictas,

& alias

& alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidũ super præmissorum ulteriori executione facienda plenarie vices nostras committimus, donec eas ad nos duxerimus revocandas quibus sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet (si eaque nos vobis in hac parte committimus, & mandamus neglexeritis, sive distuleritis contumaciter adimplere canonica monitione præmissa fecimus in his scriptis) strictè præcipiendo mandamus quatenus infra tres dies per requisitionem vobis, seu alteri vestrum pro parte DD. RR. DD. Capituli, & Canonicorum Metropolitanæ Valentin. principalium, sive eorum procuratores desuper facti immediatè sequentes quos tres dies pro omni dilatione, termino que peremptorio, ac monitione canonica vobis, & vestrum cuilibet asignamus ad vos omnes, & singulos quibus præsens noster processus dirigitur, personasque, & loca de quibus, ac dum, & quando, ac toties quoties expediens fuerit personaliter accedatis, seu alter vestrum accedat, & præsentes nostras literas, sive processus executoriales, & contenta in eis quæcumque fideliter intiment, & notificent, ac ab alijs intimari, notificari, & publicari procuretis, & permittatis, ipsosque DD. Capitulum, & Canonicos principales, sive eorum Procuratorem ab omnibus, & singulis impedimentis, & molestationibus per dictos DD. Rectores Ecclesiarum Parochialium Civitatis, & Diœcesis Valentin. ex adverso principales super annatis, vel etiam dimidijs annatis per eosdem Capitulum, & Canonicos prætensis ad formam præinsertarum sententiarum præstitis, & illetis defendatis, ac ab alijs defendi faciatis, & manderis. QVOD si fortè (quod non creditur) prædicti DD. Rectores Ecclesiarum Parochialium ex adverso principales, cæterique contradictores, & rebelles mandatis monitionibus, inhibitionibus, processibus, & requisitionibus nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis infra dictos expressos, & eis respectivè præfixos terminos parere, & obedi-

re

re neglexerint, aut recusaverint realiter, & cum effectu pœnas sententias, & censuras sitas contra eos per nos vt præfertur latas definabiliter decurrendo ex tunc dictis sub delegatis nostris sub prædicta excommunicationis sententia mandamus quatenus singulis diebus Dominicis, & festivis in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Capellis infra Missarum, & aliarum divinarum horarum solemnia, ac alias vbi dum, & quando expediens fuerit, & pro parte dictorum DD. Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Valentin. principalium, sive eorum Procuratores fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus contradictores, & rebelles prædictos sit, vt præfertur excommunicatos publicæ denuncient, & ab alijs quantum in eis fuerit publicari, & denuntiari faciant donec aliud á nobis, vel superiori nostro super hoc reciperent in mandatis. SI VERO DD. DD. Rectores Ecclesiarum Parochialium Civitatis, & Diœcesis Valentin. ex adverso principales, cæterique contradictores, & rebelles dictam excommunicationis, & sententiam per alios decem dies illius denuntiationem. & publicationem immediatè sequentes pertinaciter substinuerint, Nos ex tunc quia crescente inobedientiam crescere debet, & pœna ne facilitas pœnæ audatia tribuat delinquentibus processus noster huiusmodi aggravamus dictis subdelegatis nostris modo, & forma præmissis præcipimus, quatenus dictis singulis diebus Dominicis, & festivis in suis Ecclesijs, Monasterijs, & Capellis infra Missarum, & aliarum divinarum horarum solemnia, ac vbi dum, & quando, & quoties expediens fuerit dictam excommunicationis denuntiationem reiterando, & innovando contradictores, & rebelles prædictos, vt præfertur excommunicatos denuntiatos nominatim, campanis pulsatis, candelis accensis, & demũ extinctis, & in terram proiectis, Cruce erecta, & religione induta, aquam benedictam aspergendo ad fugandos diabolos qui illos detinent sic ligatos, & laqueis suis catenatas, orando quod Dominus noster Ie-

ſus Chriſtus ipſos ad Catholicam Fidem, & ſanctę Matris Eccleſiæ gremium, & vnitatem reducere dignetur, nec eos in huiuſmodi cordis duritia, & perverſitate dies eorum finire permittat, cum decantatione reſponſorijs: Revelabunt cœli iniquitates Iudæ, & Pſalmi: Deus laudem meam ne tacueris, & Antiphona: Media vita in morte ſummus totaliter, & his expletis vna cum Clericis, & parochianis ad ianuas ſuarum Eccleſiarum accedant, & ad terrorem, & vt eo citius ad obedientiam redeant tres lapides verſus domos ſuarum habitationem proijciant in ſignum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Chore, Datan, & Abiron, quos terra ſuſtinere non potuit, ſed iuſto Dei iudicio illos abſorbuit, vt in infernum deſcenderent viventes, & poſt Miſſam, & in veſperis, alijſque horis Canonicis, & prædicationibus ſic excommunicatos, & aggravatos publicæ denuntient, & ab alijs denunciari, & publicari, & ab omnibus Chriſti fidelibus arctius evitari faciant, donec aliud à nobis, vel ſuperiori noſtro ſuper hoc receperint in mandatis. VERVM SI prædicti denunciati, & aggravati, aggravationem noſtram huiuſmodi per alios decem dies illius denuntiationem, & publicationem immediatè ſequentes, animo (quod abſit) ſuſtinuerint indurato nos ex tunc, quia perverſorum audacia præſumptiva id exigit, vt vnica pœna non contenti fortioribus arceantur, proceſſus noſtros huiuſmodi reaggravamus dictis ſubdelegatis noſtris vt ſupra mandantes quatenus omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus, & præſertim familiares, & ſervos dictorum aggravatorum, & reaggravatorum moneatis, & requiratis primo, ſecundo, tertio, & peremptorie coniunctim, vel diviſim per nos modo, & forma præmiſsis eoſdem requirimus, & monemus ipſis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna iniungentes quatenus infra ſex dies

post requisitionem, & monitionem vestra huiusmodi eis factis immediatè sequentes, quos sex dies pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione Canonica ipsis, & eorum cuilibet (prout nos assignamus) ipsi assignent á participatione familiaritate, & servitio dictorum aggravatorum, & reaggravatorum pœnitus, & omnino desistant, nec cum eis, & eorum aliquo loquendo, conversando, cibum, potum, aquam, ignem, aut alia necessaria eis ministrando, aut aliquo alio humanitatis solatio (præter quam in casibus, & personis à iure permissis) participare præsumant, & si contrarium fecerint, nos in eas, & eorum quemlibet cum dictis aggravatis, et reaggravatis rebelliter participantes excommunicationis sententiam dicta sex dierum canonica monione præmissa fecimus in scriptis, ac etiam promulgamus. PRÆTEREA si prædicti denuntiati aggravati, et reaggravati reaggravationem nostram huiusmodi per alios decem dies illius denuntiationem, ac supradictos viginti dies immediatè sequentes pertinaciter substinuerint, ac processibus nostris huiusmodi verius Apostolicis realiter, et cum effectu non paruerint Pharaonis duritiam imitando, nos tunc quia musione non proficiente Ecclesiastico temporalis saltem gladius non immerito suffragetur, et quos Dei timor á malo non revocat temporalis saltem coerceat severitas disciplinæ auxilium brachij sæcularis duximus invocandũ. HINC IGITVR est quod vos Serenissimum, Invictissimum, et Catholicum Principem, et DD. Carolum Secundum Hispaniarum Regem ante dictum iustitiæ zelatorem; et in illis partibus principalem vibratorem, et præmissarum, et infrascriptorum executionem faciendam, et adimplendam, seu fieri permittendam benigne in Domino hortamur, atqȝ rogamus, vosque Duces, Comites, Marchiones, Barones, aliosque Principes, et Dominos temporales,

porales, nec non DD. Iudices, Capitaneos, et Officiales ante dictos iurisdictionẽ temporalem, et ordinariam per vos, vel alium, seu alios mediatè, vel immediatè exercen. et quibus præsens noster processus dirigitur dicta authoritate Apostolica tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie, vobisque, & vestrum cuilibet, & in virtute sanctæ obediẽtiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet (si eaque vobis in hac parte committimus neglexeritis adimplere canonica monitione præmissa fecimus in his scriptis) strictè præcipiendo, mandamus quatenus infra sex dierum spatium prout supradictos respectivè expressos terminos, ac notificationem, & præsentationem præsentium, & requisitionem vobis, seu alter vestrum pro parte supradictorum RR. D. Capituli, & Canonicorũ Metropolitanæ Ecclesiæ Valentin. principalium, sive eorum procuratores desuper facti immediatè sequentes quorum sex dierum spatium duos pro primo, & duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac omni dilatione, & monitione Canonica vobis, & vestrum cuilibet asignamus vos omnes, & singuli domini temporales ante dicti quorum omnium auxilium brachij sæcularis super hoc invocamus quoties, & quando pro parte supradictorum DD. Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Valentin. principalium, sive eorum procuratoris fueritis requisiti in iuris subsidium contra prædictos DD. Rectores Ecclesiarum Parochialium Civitatis, & Diœcesis Valentin. principales, cæterosque contradictores, & rebelles denũtiatos, aggravatos, & reaggravatos, & admodum aspidum surdarum aures suas obturantium ne voces audiant incantantium, insordescentes, insurgatis, & alias insurgere faciatis, illosque omnibus, & singulis iuris, & facti remedijs necessarijs, & opportunis captionem, invasionem

nem, carcerationem detentionem, & arrestationem respectivè personarum, & corporum, ac rerum, & bonorum eorundem, vsque ad integram, & perfectam præmissorum omnium satisfactionem, & paritionem adstringatis, cogatis, & compellatis, adstringique cogi, & compelli faciatis, procuretis, & permittatis, donec, & quousque supradictorum DD. Rectorum Ecclesiarum Parochialium Civitatis, & Diœcesis Valentin. principalium, cæterique contradictores, & rebelles prædicti á prædictis contradictionibus, & impedimentis DD. RR. DD. Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Valentin. principalibus super dictis annatis, vel etiam dimidijs annatis ad formam præincertarum sententiarum, ac auxilio, consilio, & favore prædictis destiterint, ac ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redierint, ac beneficium absolutionis, à prædictis sententijs, censuris, & pœnis à nobis, vel superiori nostro desuper meruerint obtinere. QVOD SI FORTE vos Serenissime, Potentissime, Invictissime, & Catholice Princeps, & D.D. Carole Secunde Hispaniarum Rex antedicte exequutor iustitiæ præsentis nostri Processus, ac mandatorum nostrorum huiusmodi, imò verius Apostolicorum transgressor, contradictor, seu neglector fueritis, quod tam vestræ Regalis maiestatis iam dudum per totum orbem terrarum divulgata obedientia suspicari non sinit, proculdubio iusti iudices officium offenderitis, & præmium vobis à Deo pro executione iustitię paratum amitteritis, licet huiusmodi nostris sententijs, & censuris maiestate vestra ligari nolumus ob reverentiam vestræ Regalis celsitudinis benigne in Domino hortamur, atque rogamus. ABSOLVTIONEM VERO omnium, & singulorum præmissorum nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium, & singulorum præmissorum fidem, & testimonium has præsentes nostras literas,

teras, sive processus executoriales in vim trium conformium sententiarum, & rei iudicatæ exinde fieri, & per infrascriptum nostrum, & causæ huiusmodi Notarium subscribi, & publicari mandavimus, sigillique nostri, seu alterius Coauditores nostri iussimus, & fecimus impressione communiri. DATVM ROMÆ apud Sanctam Mariam Maiorem, in Palatio Apostolico in monte Quirinali, in quo iure reddi solent de mane hora aute consueta ad iura reddendum pro Tridentiæ causarum consueta ad iura reddendum pro Tribunali seden. sub Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die verò septima mensis Iulij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Alexandri Divina providentia Papæ Septimi, anno duodecimo. Præsentibus D. D. Petro Francisconis, & Francisco Ferrario, sacri Palatij Apostolici causarum Connotarijs testibus publicis ad præmissa omnia vocatis, & rogatis.

Et quia Ego Vincentius Cicellius Gallesij sacri Palatij Apostolici causarum, nec non sacræ Rotæ Notarius de præmissis pro successore quondam Ioannis Macrini olim Connotarij rogatus fui. Ideo hoc præsens publicum instrumentum litterarum, sive processus executorialis, cum insertione commissionis causæ, ac decisionis in ea emanatæ, & sententiarum in partibus, & in Rota respective latarum pro eo subscripsi signavi, & publicavi requisitus in fidem. Loco ✠ signi dicti Notarij.

Loco ✠ sigilli dicti Auditoris.

[Litteræ executoriales]

[Valentin. Annatarum.]

 Post

Post quarum quidem litterarum, sive processus executorialialis in vim trium conformium sententiarum, & rei iudicatæ præsentationem, & receptionem nobis, & per nos, vt præmittitur factas fuimus in continenti per dictum Syndicum, & Procuratorem prædictum debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum, sive processus executorialis, & contentorum in eisdem procederemus iuxta traditam, seu directam per illas á dicto Auditore, & Iudice Apostolico formam. Nos veró

Iudex subexecutor Apostolicus præfatus. Attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam tenore præsentium dictas subdelegationem, & litteras, sive processus executorialis in vim trium conformium sententiarum, & rei iudicatæ, ac omnia, & singula in eis contenta vobis intimamus, insinuamus, & notificamus, & ad notitiam vestram deducimus, & deduci volumus per præsentes, vobisque dicimus, & mandamus supradicta autoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte quatenus intra dies primo venturos, & á die intimationis præsentium vobis faciendæ in antea continue computandos quos vobis ad hæc pro primo, secundo, tertio peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus deponatis sub pœna interdicti, & alijs censuris, & pœnis in dictis litteris, sive processu executorialis in vim trium conformium sententiarum, & rei iudicatæ cōtentis omni cum effectu in Sacristia dictæ sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Valentin. nomine dicti Illustris Capituli, & Canonicorum dictæ sanctæ Ecclesiæ vti administratorum fabricæ dictæ sanctæ Ecclesiæ quantitatem per vos debitam dictæ fabricæ ratione Annatæ, vel mediannatæ dictæ vestræ

Re-

Rectoriæ, ſic & prout latiùs continetur in dictis litteris executorialibus, & ſolvatis expenſas, aliàs dicto termino elapſo ſi prædicta facere diſtuleritis (quod non credimus) procedemus, & procedi mandavimus ad ſupradicti inſtantiam contra vos ad publicationem, & executionem dictarum cenſurarum, & pœnarum contentarum in ſupradictis, & præinſertis litteris Apoſtolicis, ſive proceſſu executoriale in vim trium conformium ſententiarum , & rei iudicatæ prout iuris fuerit , & rationis. Dat.